



1 Cor. 5. Act. 13. Rom. 12. Rom. 13. D. Ambros. Act. 8. Joan 4. Num. 20. Num. 21. Durities perturbat animum, benignitas allicit. Abulens.

mentum: nam sic illa populus est perturbatus, ac animo prostratus, ut minime attenderet ad gratiarum debitum persolvendum. Vide de hoc multa, tam in hoc tomo, quam in aliis. Verb. Benignitas.

QUESTIO III.

Quare non recipientibus Samaritanis Christum D. ipse statim declinat in alium locum.

Postquam Christus D. dedit Apostolis suae patientiae, ac clementiae magnum & praeclarum exemplum, quod ipsi imitarentur, ac sequerentur. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare; subdit Text. quod abierunt in alium locum: proximum nempe, ac Samaritanorum, in quo benigne Dominus cum suis receptus fuit, non institit Dominus in Samariam, nec potentia usus est, nec multiplicavit preces, sed statim cum summa mansuetudine ad alium locum divertit.

Ad hanc quaestionem recte respondet Petrus Damianus l. b. 4. Epistol. 9. ad Olderic. Episcop. Ac si non lingua, sed opere loqueretur Dominus, date locum ira. Roman. 12. n. 19. Quae verba legit Varabius: Ne iram apud vos revocatis: Ad quod multum conducit, mutare locum, ab iracundis discedere, ac divertere, nec verba illis dare, ac respondere: Lego, Christum per sepe abiisse ab oculis hominum, cum maxime furore insaurirent, ac debaccherentur. Magistrum de alta rupi. Cives ejus Nazareth praecipitare voluerunt: Luc. 4. n. 29. & ait; Ipse transiens per medium illorum ibat: Herodes Joannem interfecit, mari transacto terram fugit Christus: Quod cum audisset Jesus, secessit inde: Matth. 14. n. 10. Quasitio ad necem Christus, Abiit trans Jordanem: Joan. 10. n. 39. Mitto plura alia loca, quod D. Magister abiit, hominum furorem longe fugiens, ut absens declinaret: Neque enim vir asperimē sciens opponit se furentibus, sed quā potest viā, se subtrahit: Nam ut ait Seneca lib. de Ira, cap. 14. Monebat Pyrrhus, quos gymnico exercebat ludo, ne irascerentur: ira enim perturbat artem. Mandabat lex, ut homicida per fugeret ad urbes gentis Leviticæ: Ait Text. in Urkem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos Magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur. Numer. 35. n. 25. Et cur ille criminatur, ut revertatur in locum pristinum, debet expectare magni Sacerdotis mortem? Deus alto & supremo dictamine omnia disponebat ad pacem, & concordiam in populo suo conservandam, ac retinendam; inde non patitur, ut qui fortuito hominem occiderit, idē ad suos cives redeat sed post obitum magni Sacerdotis; tempore enim decoquitur ira, ac vindicta meditata, & exiendi furor annis sesequit, & placatur. Ibi Abulens. q. 14. Inierunt sepebat furor, & odium adversarii. Quo sane documento multum Deus insinuat, quantum fugiendam sit a furore, ac ira. Cū Isaac apud Abimelech moraretur, suisque bonis, Deo benedicente, multum creveret

15. Difficultas quaestionis. 16. Damian. Rom. 12. Varabl. Luc. 4. Matth. 14. Ioan. 10. Seneca. 17. Num. 35. Abulens. 18.

ret, ac augetur, tunc Abimelech multo furore, ac ira concepta contra eum, dixit, Recede de nobis, quia potentior nobis est. Tunc Isaac, nullo verbo, dato, absque ulla responsione, ille discedens, ut veniret ad torrentem Gerara, habitaretque ibi. Genes. 26. num. 17. Valde mirum, quod tam citò, & indilate recedat Isaac, si ipse ut rex fatetur potentior eo factus est, cur non tenuit, ac restitit Isaac, dicens, da mihi recessus mei causas; Nullas molitus sum infidias cum hostibus tuis, nulla mihi cum eis communicatio; modestè cum tuis semper me gessi, cur ergo ab hac civitate discedam, cum in

ea habeam; constitutam meam familiam, cum ergo me cum tam ampla domo peregrinari vis? Nil tale respondit, sed invido, ac irato regi obtemperat. Ira æstuanti non est respondendum; sed ab eo citò recedendum. D. Chr. De Chr. soft. ubi ait: Id quod discipulis suis omnibus soft. Christus adveniens præcepit dicens: Matth. 10. Quando vos persequerentur, fugite in alium locum: Hoc ille jam operibus declarabat: sic & David Saulis magnam invidiam reprimat, sedcedens, & subduces se; & illius refrigerabat calorem, eodem sanè modo, & iustus ille Apostolicum illud implebat; date locum ira.

Gen. 26. Irato non contradicendum, sed recedendum ab eo.



CAPUT X.

1. POST hæc autem designavit Dominus, & alios septuaginta duos; & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum quod erat ipse venturus. 2. Et dicebat illi: Messis quidem multa, operarij autem pauci: Rogate ergo Dominum Messis, ut mittat operarios in messem suam. 3. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. 4. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per viam salutaveritis. 5. In quamcunque domum intraveritis primum dicite. Pax huic domui. 6. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertetur. 7. In eadem domo manere edentes, & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. 8. Et in quacunque civitate intraveritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis; 9. Et curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquavit in eos Regnum Dei. 10. In quamcunque autem civitatem intraveritis, & non susceperint vos exeuntes in plateas ejus dicite. 11. Etiam pulverem, qui adhæsit nobis de civitate vestra extergimus in vos. Tamen hoc sciote, quia appropinquavit regnum Dei. 12. Dico vobis quia Sodomis in die illa remissus erit, quàm illi civitati. 13. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sydone factæ fuisset virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. 14. Verumtamen Tyro, & Sydoni remissus erit in judicio, quàm vobis. 15. Et tu Capharnaum usque ad cælum exaltata, usque ad infernum demergeris. 16. Qui vos audit, me audit & qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. 17. Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. 18. Et ait illis: Videbam Saranam sicut fulgur de cælo cadentem. 19. ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici & nihil vobis nocebit. 20. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur, gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis. 21. In ipsa hora exultavit in Spiritu S. & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli, & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam Pater, quoniam sic placuit ante te. 22. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi filius, & cui voluerit filius revelare. 23. Et conversus ad discipulos suos, dixit Beati oculi qui vident quæ vos videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. 24. Et ecce quidam legis peritus surrexit, tentans illum, & dicens Magister quid faciendo vitam æternam possidebo? 25. At ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est; quomodo legis? 26. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente, & proximum tuum sicut te ipsum. 27. Dixit illi: rectè respondisti. Hoc est meus proximus? 28. Suspiciens autem Jesus dixit: Homo quidam descendebat Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: & plagis impositis abierunt semivivò relicto. 29. Accidit autem, ut Sacerdos quidam Sylveira in Evang. Tom. VI. L1 3 dam